MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS

Wien, 1477

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

coram deo: sed etiam coram
omnibus hominibus. Si fieri po
test quod ex vobis est cum om
nibus hominibus pacem habentes.
Non vosmetipsos defenden
tes karissimi sed date locum ire.
Scriptum est enim: michi vin
dictam et ego retribuam di
cit dominus. Sed si esurierit ini
micus tuus: ciba illum: si sitit
potum da illi. Hoc enim faci
ens: carbones ignis conge
res super caput eius. Noli
vinci a malo: sed vince in
bono malum. Gr. Timebunt
gentes nomen tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam. V. Quoniam edifi
cavit dominus syon et videbitur in ma
iestate sua. Alleluia. V. Laudate de
um omnes angeli eius laudate eum
omnes virtutes eius. Matheum.
In illo tempore. Cum descendis
set ihesus de monte secute sunt
eum turbe multe. Et ecce le
prosus veniens adorabat
eum dicens. Domine si vis po
tes me mundare. Et extendens
ihesus manum tetigit eum dicens
volo mundare. Et confestim
mundata est lepra eius. Et
ait illi ihesus. Vide nemini dixe
ris sed vade ostende te sacer
doti et offer munus tuum quod
precepit moyses in testimonium illis.
Cum autem introisset caphar
naum: accessit ad eum centu
rio rogans eum et dicens.
Domine puer meus iacet in do
mo paraliticus et male torque
tur: et ait illi ihesus. Et veni
am et curabo eum. Et respondens
centurio ait illi. Domine non sum
dignus ut intres sub tectum
meum: sed tantum dic verbo et sa
nabitur puer meus. Nam
et ego homo sum habens sub
potestate constitutus habens sub
me milites et dico huic vade
et vadit: et alio veni et ve
nit: et servo meo fac hoc et
facit. Audiens autem ihesus mi
ratus est et sequentibus se
dixit. Amen dico vobis: non
inveni tantam fidem in israel.
Dico autem vobis: quia multi ab
oriente et occidente venient et
recumbent cum abraham et
ysaac et iacob in regno celo
rum: filii autem regni eicientur
in tenebras exteriores: ibi erit
fletus et stridor dentium. Et
dixit ihesus centurioni: vade
et sicut credidisti fiat tibi et sa
natus est puer in illa hora.